



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catena Aurea**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**[S.I.], 1661**

Annulus II. Arbor Genealogica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7709**

ANNU<sup>L</sup>US II.  
ARBOR GENEALOGICA.

217



SIMILIS DE STIRP<sup>E</sup> PROPAGO



Onfert degeneres arbor generosa N epotes,  
N ec pulcram sibolem stirps inhonora parit.  
N on abies cerasum, non educat esculus uvam,  
N ec durâ è queru mollia poma le<sup>e</sup>s.  
N on strobilos morus, nō fundit amygdala glades  
N on steriles baccas Palladis arbor alit.  
Est & in arboribus genuini gloria succi,  
Ingenitusque suæ nobilitatis amor.  
Ex ficuficus, olea nascuntur olivæ;  
Et pyra ferre pyrus, malaque malus amat.  
Haud aliter nobis de Princeps sanguine Princeps  
Et simili similis stirpe propago venis.  
N escit degenerem stirps FURSTENBERGICA prole<sup>t</sup>,  
Tot parit illustres, quot parit illa viros.  
Seu qua Livonicas ramos extendit in oras,  
Seu qua Westphalicis brachia pandit agris.

B 2

Ex

*Ex Fructibus eorum cognoscetis eos.*



On mirabor dehinc cur Poëtæ homines arboribus, arbores hominibus comparantur, cur Plato descripturus hominem, descripsit arborem inversam, cur denique nobiles arborem familiæ proponant in multis diductam ramos, cùm Avos Avorum, Nepotes Nepotum, spectando propo-nunt: vidit hoc, cum primum vidi, cæcus Evangelicus Marci.8. *Video inquit homines velut Arborēs.*

Dixit clarius incarnata Veritas, quando malis arboribus malos homines, bonos bonis componebat, & mores itidem ingeniaque arborum internoscet ex fructibus, ut hominum ex operibus. Veritatis sequar judicium, Principes arbores, ad Principes exigam fructus seu opera. Opera video tam belli quam domi fortia, admiranda, magnifica, Principe digna.

WILHELMUM video inter ORDINES discurrentem militares, aciem instruere, manus cum hoste conserere, ferrum, ignes jacere, urbes arcesque expugnare, nihil negligere, quæ Mavortium Principem deceant.

THEODORUM video mansuetiore natum ingenio, arma invitum sumere, sumpta non invitum ponere, pacis studi abbellicis anteponere, jura populis dare, provincias quietè gubernare. Parva sunt isthæc multisque Principibus communia, proprium est, quod labentem RELIGIONEM humeris suis novus Atlas sustentavit, quod templo & aras pristino nitori restituit, redditus proventusque Ecclesiasticos auxit, sacrâ, quam par est, majestate & splendore decoravit, Inde ad Rem Politicam conversus curam ante omnia formandæ juventutis suscepit, quod Primum esse in Republica & medium & postremum Plutarchus docuit, primum opinor, quia uti à fundamentis firmitas domus, sic à moribus juvenum salus pendet Republicæ; Postremum quia is Rerum publicarum præcipuus debet esse finis: quare idoneos literarum tam severiorum, quam humaniorum evocavit Doctores. Doctoribus Collegium, juventuti Academiam eleganti opere extruxit. Votorum compos sapientiam in sua urbe philosophantem audivit, quæ antea in remotis tantum audiebatur urbibus: opes magno Civium dispendio ad exteras Academias exportari solitas, maiore compendio ab exteris in Academiam Urbemque importavit Paderanam; securitati publicæ tranquillitatique consuluit, quando arces & propugnacula opportunis locis venturo hosti objecit.

TERTIUM PRINCIPEM FFRDI N ANDUM video magna animo volventem, nec tam sollicitum ut parta tueatur, quam ut nova ipse adjiciat: jam tum circumspicit quid Ecclesiis ornamenti, quid Religioni præsidii, quid Patriæ emolumenti, quid Academiæ addat splendoris. Deus

NOVI PRINCIPIS vota conatusque secundet, & Ecclesiæ, Patriæ, Academiæ optatissimum Antistitem diu servet incolumem,

ANN V